FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Inavguralis De Didaskalioprepeia In Ministerio Ecclesiastico Observanda

Haferung, Johann Caspar

VVittebergae, [1726?]

VD18 90821157

Porisma VI. Sanctitatis studium ex sana doctrina, fide apprehensa, necessario fluit.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202841

Visual Library

PORISMA VI.

Sanctitatis ſtudium ex ſana doctrina, fide apprehenſa, neceſſario fluit.

SI enim doctrina hæc eſt ὑγιαίνουσα, non eo tantum ſenſu, quod in ſe integra & incorrupta; ſed eo etiam, quod ſanitatem mentis & voluntatis præſtet; quomodo fieri poteſt, ut vere apprehendatur, neque tamen ſanctitatis ſtudium ſequatur? Si medicina ſit in ſe bona, & ad morbum, quo æger laborat, proportionem habeat, nihil ad ſanitatem reparandam reſtat, niſi, ut medicina hauriatur & venis recipiatur. Doctrina cœleſtis eſt δύναμις τοῦ θεοῦ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. Rom. I. 16. Si proinde mente & voluntate recipiatur, quomodo non ſequetur ſanitas & incolumitas animæ. Eſt autem fides nihil aliud, quam receptio aut apprehenſio ſanæ doctrinæ, & quaſi σύγκρασις quædam cum λόγῳ Ebr. IV. 2. Quæ ubi contingit, neceſſe eſt, ſalutarem fructum conſequi; præcipue, cum eum in finem Deus dederit verbum, ut in ipſo operetur, quem impoſſibile eſt, ſcopum ſuum non diligentiſſime intendere. Sequitur autem ex illa κράσει fidei & ſalutaris doctrinæ ſtudium ſanctitatis neceſſario, neceſſitate ſcilicet interna, ſicut facultates animæ ex ipſa anima, & ſplendor a ſole non poteſt non promanare. Neque tamen id fit contra aut præter voluntatem hominis liberam; ſed potius ex libera ejus electione. Sentit enim homo regenitus per Dei gratiam ſuam erga Deum obligationem, eamque libens amplectitur, συνηδόμενος τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Rom. VII. 22. Tantum obſervandum diſcrimen eſt inter ſtudium, quod dixi, ſanctitatis, & ſanctitatem externam. Vel, ſi mavis, inter ſtudium hoc, & ejus fructus externos. Ipſum ſanctitatis ſtudium, & actus interni ejus, a fide ſeparari nequeunt, utpote cujus indoles eſt, ἐνεργεῖσθαι διὰ τῆς ἀγάπης. Gal. V. 6. Fructus autem externi ſæpenumero ſuſpenduntur. Neque minus diſcrimen ingens eſt inter ſtudium hoc ſanctitatis & ejus ſenſum. Ut homo ſanus, cum dormit, nullam valetudinis jacturam facit, etſi ſanitatem ſuam non ſentit; ita frequenter evenit, ut fidelis ſtudium ſanctitatis continuet, neque tamen id ſentiat.

Franckesche Stiftungen zu Halle